MCXVI. Comitissa Mathilda obiit.

MCXX. Petrus ven̄ Pisanorum archiepiscopus obiit.

MCXXII. Atho Pisan̄ archiepiscopus obiit.

MCXXXII. Roggerius venerabilis Pisanorum archiepiscopus et Volterrensis ecclesie presul obiit.

MCXXXVI. Fecerunt Pisani stolum mirabilem hominum multitudinem continentem contra Roggerium Sicilie comitem, qui faciebat se vocari in tota terra sua regem Ytalie. Hic ingressus Pisanorum exercitus exercitus cepit Amalfiam cum civitatibus circa se positis ⁼IIII. Sed civitatibus capt̄is, de consilio comitis ꝯ/ꝑfatis ⁼ eorūdē dum captivorum factum est, ut irent obsidere arcem que Nicitre Lesfracte. Hic magna parte Pisani exercitus existente, venit exercitus militum et peditum prefati comitis et fugavit exercitum Pisanorum, qui erat ibi. Horum tamen alii salvi remearunt, alii in via capti et occisi ⁼ alii ab ipsis militibus detenti fuerunt. Post biennium quoque fecerunt iterum Pisani exercitum non modicum contra eūndem comitem et ceperunt easdem civitates, Amalfiam, Rivellum, Aterni & h/ Atēn Atēn Atēni (vide Atēni) Scalam et Scalectam, et multo magis expoliaverunt eas quam primo. Quibus triumphatis venerunt Salernum c/ duo et coegerunt eum ad deditionem, existentibus domno papa Inn̄ et imperatore Lothā in partibus eisdem. Solo se tamen agebat imperator cum Pisanis, unde ipsi turbati fedus iniverunt cum prefato comite Sicilie.